

Si vtraq; species, diuidenda & diuidens, fuerit Generis.

Eiusdem,

Aufer notam minoris
speciei à maiori. Reli-
qua enim nota vel nu-
merus ostendit speciem
emergentem, generis.

Diuerſi,

Iunctæ notæ specierum
efficiunt notam emer-
gentis speciei, quæ sem-
per est sub eodem gene-
re cum specie diuidēda.

Eiusdem

Alterius

Quando nota diuidendæ
speciei fuerit.

Maior

Minor.

Atq; hæc præcepta de emergenti specie rectè valent, dum numerus sub diuidenda specie non minor fuerit numero sub specie diuidente, sed si minor fuerit, non amplius existit illa species, quam monstrant nostræ regulæ, sed alia vno loco inferior, vt si diuidas 6. scrupula in 12. scrupula prima, existunt 30. non gradus vt prima regula docebat, sed scrupula prima, quæ vno loco inferiora sunt gradibus. Cæterum harum præceptionum demonstrationes, si quis requirit, vel alterum scriptum nostrum huius generis prolixius consulat, vel Theonem in *μαγάλλω σὺντάξιμ* Ptolemæi.

Cautio.

*Usus canonis
ἑξήκοντάδωρ,
& ratio diui-
sionis.*

Nunc simul & usum canonis sexagenarum & scrupulorum in diuisione & præcepta ipsa diuisionis trademus. Sicut autem in vulgariū numerorum diuisionibus, ita hic quoque de numero sub quota specie coniectura sumitur ex numero, sub maxima specie diuidente, quæ ad finistram extrema est, si tamen species diuidentes plures fuerint vna. Nam si numerus sub illa extrema specie diuidente, fuerit minor numero sub extrema specie diuidenda, numerum sub quota specie potes sine canone coniectare, quia nullus numerus huius logisticae superat sexagenarium, sed potius ad aliam speciem transfertur, vt si diuidendi sunt 28. gradus in 7. non obscurum est numerum sub quota specie esse quatuor. Sed si numerus sub vltima specie gubernante hanc coniecturam fuerit maior, quàm numerus sub diuidenda, extrema species diuidens à loco sub extrema specie diuidenda traducenda est sub vicinam speciem versus dextram, prorsus vt in vulgari diuisione fieri solet, ita vt iam de numero sub quota specie non ex vna specie, sed ex duabus contiguis coniectura fiat, quam coniecturam canonis subsidio facile expedies in hunc modum. Numerum sub diuidente specie, quam gubernatricem diximus, quære in aliquo limitum vel trapezij vel trianguli, ac in eodem ordine, vel inter easdem parallelas conuenientes (siue perpendiculares, siue transuersales) quære numeros sub vtraque diuidenda, aut saltem proximè minores, Nam è regione cellulæ con-
tinentis